

& 394. num. 2. lib. 4. Romanus consil. 88. in princip. Caltrensis consil. 256. in princip. & consil. 312. num. 1. lib. 1. Alexander consil. 87. num. 15. & sequent. lib. 6. Calderinus consil. 8. in fin. de prebend. Surdus decif. 310. num. 12. &c.

plures casus à se cumulatōs, in quibus exemptus ab Ordinario ei subest, exemptione minime obstantē.

Ex his manifestè conuincitur resolutio Rotæ in vna Casalis, & coram Seraphino inter recollectas per Marchesan. de commiss. tit. de signat. gratia diuersa, part. 1. cap. 2. que in ordine est decif. 24. fol. 118. qua postquam probauit, in contractu factō coram Papa, suppleri omnes defectus, & sic bene placitum S. A. de quo dubitabatur, in n. 2. ita ait: Non obstat quod Leo Papa contraxerit tanquam persona priuata, & vti Ioannes Baptista, quia hac restrictio eō pertinet, vt non acquireretur Casale Sedis Apostolicæ, sed ipsi Leoni tanquam priuata persone, eiusque hæredibus, & successoribus. Sed non ideo minus potest dici non interuenisse consensum ipsius, ratione solemnitatē vti Papa, diuersa est enim ratio inter vtrumque casum: nam respectu acquisitionis considerari potest duplex persona in Leone, respectu verò consensu minime, non enim poterat vti Ioannes Baptista consentire huic contractui, & vti Leo Pontifex dissentire, & ideo non placuit illud, quod dicitur effectum scientiā diuidi posse, quia hic non de scientiā, sed de consensu agitur, qui est indiuisibilis in vna, eademque persona, &c.

Cui decisioni cuncta iuris principia resistunt, & prout hæcenus scripsimus; & quia auctoritas Prælati tanquam Prælati non informat actus à se gestos, tanquam priuato, & in bonis sui patrimonij, vbi aliās actus ipsi requirunt auctoritatem Prælati, ita Nauart. conf. 7. n. 1. & 2. incipit, de Capellania, & Præbenda, quem sequitur Gonzalez gloss. 5. à num. 11. Et quod dicitur in dict. decisione, quod consensus est indiuiduus, quia non poterit vti priuata persona consentire, & vti Papa dissentire, contrarium verius est, vt vidimus in omnibus contractibus, & actibus tam extrajudicialibus, quam iudicialibus gestis à representante duas personas, aut dignitates, vt consensus præstitus vti ab vna, nihil inluat in aliam, prout latè hoc cap. & in dict. cap. 12. part. 1. & est expressa decif. Burgens. superius adducta à num. 16. & signanter ibidem à num. 25. ita vt contractus, & consensus respectu vnus qualitatis nec profit, nec noceat in alia qualitate, cuius intuitu nec contractus, nec consensus, ex plurimis Doctoribus citatis, & sequentis ab eadem decisione supra allegata à num. 26.

Et insuper quod consensus ratione officij nihil operetur respectu iuris proprii, vt in Iudice, & Tutore ad iura expressa l. cum quadam. C. de administratione tutor. l. si non subscripsisti, eodem tit. l. aduersus. §. tutoribus. ff. de iustic. testamēt. §. si tutor instit. eodem tit. latissime Gallerat. de renuntiat. lib. 5. cap. 10. à num. 10. & 13. & per totum. Antou. Gabriel commun. conclus. lib. 3. tit. de rerum alienat. cōcl. 2. à num. 1. & à num. 20. & lib. 1. tit. de presumptionibus, conclus. 3. à num. 20. Menoch. conf. 68. num. 7. Tiraquell. de retract. limag. à num. 270. & supra, vbi de iudice Authorizante, & Galleratus dict. lib. 5. cap. 9. & num. 6. qui plurimos alios allegant; aliās plurimas doctrinas euincentes hunc articulum videbis in discursu totius huius cap. præfatum à num. 28. cum multis seqq.

CAPVT XVI.

Commissio non subscripta impetrata ad cognoscendum super iurisdictione ordinaria prætensa per Prælatos inferiores Episcopo, an per Senatū retinenda, ita vt ei vti Ordinario remittatur prima instantia?

S V M M A R I V M.

Super iurisdictione prætensa per Prælatos inferiores Episcopo, an iste in prima instantia sit competens, num. 1. & seqq.

um per Rotam, à num. 18. Priuilegium, quando simul cum possessione allegatur, sufficit ad manutentionem, cum eo casu possessio non sit adeo infecta, nec habeat tamam iuris resistētiā, num. 19. Cognitio omnium causarum ad Episcopum de iure, non ad inferiorem pertinet, num. 20. Iurisdicō ad inferiorem Episcopo potest ex consuetudine, & prescriptione acquiri, n. 21. Priuilegium recipit interpretationem ab usu, n. 22. Trid. in cap. 20. 1. ad hoc, sef. 24. de reformat. & declaratione S. Congregat. non procedunt quando ab inferiore allegatur cum immemoriali priuilegium, num. 23. Pro cuius clariore expeditione dua singulares recensentur Rota decisiones, num. 24. Exemptionem allegans supponit antecedentem subiectionem, & Diocesim, num. 25. Episcopi ex iuris assistentia manutentur in iurisdictione ab alio prætensa, num. 26. Et eo magis quando docet de exercitio iurisdictionis, num. 27. Causa vniuersalis magis attenditur quam exercitium, & actus, num. 28. Priuilegium per Episcopum concessum super exemptione, an valeat in preiudicium successorum, num. 29. Ad manutentionem Ordinarij excludendam non sufficit sola priuilegij ostensio absque possessione exemptionis non violenta, nec clandestina, num. 30. D. cap. cum persone. emanauit ad fauorem ordinaria iurisdictionis, num. 31. Ordinarij exercens iurisdictionem in vna parte Diocesis constituitur in possessione quoad omnes, altero specialiter non possidente, num. 32. Ex priuilegij sola exhibitione (quod respicit petitorium) non priuatur Ordinarij possessione, num. 33. Priuilegij sola exhibitio exemptionis non impedit manutentionem, num. 34. Subditus non constituitur in possessione exemptionis in eo, quod non appareat in illum non exercuisse iurisdictionem superiorem, nisi probetur casus contingētia, & ipse exercere volens fuisse repulsus, num. 35. Argumentum à contrario sensu non valet ad inducendam correctionem iuris, num. 36. Priuilegium exhibens, si est in quasi possessione, impedit manutentionem Episcopi, non aliter, num. 37. Rota decifio recensentur ad idem, à num. 38. Episcopus habet in iurisdictione fundatam intentionem de iure, ibid. Maxime in criminalibus, & matrimonialibus vigore Concilij, in quibus, cessi inferior alleget immemorialem, Ordinarij manutentur, donec per tres conformes cognoscatur, num. 39. De priuilegio, & possessione docent inferior manutentur in iurisdictione criminalium, & matrimonialium, num. 40. Episcopus, sole assistentia iuris nitens, non obtrinet manutentionem iurisdictionis, docto de priuilegio, & quasi possessione contraria, n. 41. Probatio dubia in temporis percussione non releuat, num. 42. Declarationes Tridentin. circa manutentionem Ordinarij in iurisdictionibus intelliguntur, quando inferior prætendit iurisdictionem ex immemoriali duntaxat, scilicet quando ex priuilegio

legio, & possessione simul, num. 43. Pralato inferiori presentendi iurisdictionem ex sua possessione non datur manutentio; sed Episcopo ex iuris assistentia, num. 44. Idem est in eo, qui prestat exemptionem ab Ordinario, qui etiam ex immemoriali possessione sola non obtinet manutentionem contra Ordinarium, num. 45. Secus si Pralatus inferior, aut exemptus cum possessione ostendat simul privilegium, quo casu ei datur manutentio, num. 46.

**M**ULTOTIES contingit; Decanos, Archidiaconos, aliosve Pralatos inferiores cum Episcopo contendere, sibi pertinere iurisdictionem in suis districtibus, siue in ciuilibus causis, siue in criminalibus, matrimonialibus, & beneficiis tribuatis, vel cumulatiue ad ipsum Episcopum, hoc tamen reuocante, & interuim resistente, pro sui iuris defensione recurrit Pralatus inferior ad Sedem Apostolicam, rescriptum impetrans alicui Delegato, vt inter ipsum & Episcopum causam, & controuersiam decimat. Episcopus instat, huius causae cognitionem in prima instantia ad ipsum solum pertinere ex Decreto Concilij 20. sess. 24. de reformatione, propter quod recurri solet ad Senatum hunc Supremum in Concilij protectionem, vt sibi causa remittatur hac.

Et videtur remissionem denegandam, quoniam licet quando agatur de iurisdictionis exercitio tantum, an in aliquo casu competat, & exercere debeat in alios, puta per declinatoriam, ad quemlibet iudicem pertineat cognoscere, sibi de determinare, an sua sit iurisdictione, l. 2. vbi DD. ff. si quis in ius vocatus non ierit, l. in prescripione. C. si contrarius. Panormitanus, Felinus, & alij in cap. super litteris, de rescriptis. Erasimus in Cochier in tractu de iurisdictione. in exemptos, 2. p. q. 12. num. 1. tom. 1. Alcan. Tamburinus in tractu de iure Abbatum, & Pralatorum, tom. 1. disp. 15. q. 10. num. 1. Nos de Regia protecl. 4. part. cap. 6. num. 27.

Tamen quando agitur non solum de nudo exercitio iurisdictionis; sibi etiam radicatus de omnimodo iure eiusdem iurisdictionis, siue in possessione, siue in proprietate, ad quem scilicet, pertinet; tunc Index ipse cognoscere nequit, cum in sua causa nemo iudex esse possit: ita docent Panormitanus in c. ad Audientiam, & ibi etiam Glos. Franch. & alij de appellacionibus, Felinus in cap. super litteris, num. 24. de rescriptis, vers. Vallis. 4. in his verbis: Quartus casus. cum agitur non solum de nudo exercitio iurisdictionis, sibi etiam status dicitur se exemptum, & index negat, multa enim sunt commoda subiectionis, ideo index est suspensus in hac cognitione, &c. Eadem etiam est sententia Innocentij, quam reliqui sequuntur in cap. venerabilis, vbi Abbas num. 3. & 4. de censibus, item in cap. ex parte, de verborum significat. Felinus in d. cap. super litteris, num. 10. vers. Quartus casus, Angel. in d. l. 2. n. 1. & 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Marta in tractu de iurisdictione, p. casu 145. num. 4. Qui omnes negant hanc cognitionem Ordinario.

Quod confirmatur argumento simili; nam quando excipitur, sibi quod locus non est de iurisdictione etiam, eo casu Index, cuius in care veritur vtilitas, cognoscere non potest. Fe-

linus in d. c. super litteris, n. 27. vbi etiam Butrius, Erasimus & Cochier dist. cap. 12. num. 4. Alcanius dist. quest. 10. sub num. 2. qui formant inde argumentum de re ad personas.

Comprobatur pariter hae pars, quoniam si inter exemptum, & Ordinarium contendatur de iurisdictione, sibi sit exemptus ab ordinario necne, quia de exemptione opponit exemptus, cum tunc agatur de totali eius fundamento, & proprietate, meritoque iure iurisdictionis, idque cum honore, & commodo Ordinarij, huic, de re hac cognoscere non licere, firmanunt duo praefati Moderni, Choch. in tractu de iurisdictione ordin. in exemptos, 2. p. d. q. 12. per tot. tom. 1. & Alcan. Tamb. (illum transcribens) in tractu de iure Abb. & Pralat. tom. 1. q. 10. per tot. Quare dicendum pariter videret in nostro casu, vt commissio impetrata ad cognoscendum de controuersia inter Pralatum inferiorem, & Episcopum super pertinentia iurisdictionis per illum praetensa, & sic de totali iure, & fundamento, seu proprietate, cum causa Ordinatio non pertineat etiam in prima instantia, ei per Senatum sit penitus deneganda remissio, cum nec Concilium Tridentinum casum istum subintrat.

Contrariam tamen sententiam, & opinionem nervose defendam, sibi de defendendam esse non dubitamus, cum in iidemmet (in quibus versatur terminus) pluries determinasse S. Congregationem Concl. Trident. vt nempè quando Decani, Archidiaconi, & alij Pralati inferiores Episcopo ceuant habere in suis districtibus iurisdictionem ordinariam, ex praescriptione immemoriali, in ciuilibus, criminalibus, matrimonialibus, & beneficiis, aut horum singulis coram Ordinario ipso hac causa tractanda, & in prima instantia decidenda; interimque dum per tres sententias conformes Pralatos ipsos iurisdictionem habere declarat; Episcopus illam omnimodo exerceat, & manutentur: testatur Rota per Coccium Decanum in decis. 346. per totum, vbi commemoratur aliquae declarationes Sanctae Cardinalium Congregationis plurimas Nos literaliter adduximus, & congeffimus hac 2. p. c. 4. vers. Et pro clariori intelligentia, a num. 28. cum multis segg. & vsque ad finem capituli, quas amplius non repeto. Ergo cum ad Ordinarium pertinet huiusmodi causae cognitio, omnino remittenda erit ad ipsum per Senatum in prima instantia.

Quod & inenitabili alio fundamento fulcitur: sibi nam licet Episcopus in causa sua propria, & tangente ipsum solum, & primum interesse, non possit esse iudex, quia nemo in propria causa index esse potest: tamen in causa tangente suam Ecclesiam, aut dignitatem licet index esse potest, & permittitur a iure, pro vt abunde post magnam declarationum Cardinalium, Doctorumque ceterum comprobauimus supra hac 2. p. c. 5. in articulo de rescissione Ordinarij, §. 1. a n. 11. cum multis segg. Igitur cum hac causa pertinentia iurisdictionis sit non propria, sibi & particulariter sua Episcopi, fed sua Ecclesiae, & dignitatis; fatendum erit sibi pertinere cognitionem in prima instantia, ac etiam ad Senatum remittenda, cum clarè per commissionem offendatur dispositio dicit Decreti Trident.

Quare affirmandum erit illam doctrinam, & Doctorum assertionem superius pro contraria parte

partè adductam, sibi vt quando agitur non de exercitio iurisdictionis, sed de totali iure, & fundamento eius non cognoscat Ordinarius Iudex: procedere dicendum erit in illo Iudice, cui non ratione, & contemplatione dignitatis Ecclesiae iurisdictione in proprietate competet, sed eo cui vt domino territorij, & vt propria sua pertinet iurisdictione in proprietate, quo casu verissima est illorum Doctorum propositio: scilicet in Episcopo, cui iurisdictione competit ratione dignitatis Episcopalis, non tamen iure propriae personae, vt in dist. cap. 5. latius deduximus.

Fateor tamen, posse ipsam Ordinarium ex hac causa redargui suspectam, sibi si ante omnia recusatio proponatur, & in tempore a iure permisso, pro vt post magnam Doctorum ceterum firmamur, & praefatam conclusionem limitauimus in d. c. 5. d. §. 1. vers. At nihilominus, d. num. 22. cum multis segg. Quod & quidem est de mente ferè omnium Doctorum, quos pro contraria parte retulimus, & in specie Felinus d. c. super litteris, n. 24. vers. Quartus casus, ibi: Ideo Inaex est suspensus in hac cognitione, de rescriptis.

Nostri tamen reuolutio limitanda erit in habente privilegium exceptionis a iurisdictione ordinaria, sibi vt de eius exemptione, quando radicatus tractatur de iurisdictionis fundamento totali, & de ipsa exemptione, & privilegio; non coram Ordinario, sed coram superiore, puta Summo Pontifice, aut Legato de latere (cuius vices, & potestatem habet ex sua facultate Nuntius Hispaniae) discipenda erit hac causa, ex his quae late deduxere Erasimus & Cochier de iurisdictione in exemptos, 2. p. c. 10. per totum, tom. 2. & Alcan. Tamburinus de iure Abb. tom. 1. disp. 15. q. 10. per tot. & Nos diximus superius in fundamento ultimo contrariae partis, & concedunt, quae ipse Cochier vbi proxime quasi 6. per totum.

Quia vt ipse firmant, in hac controuersia tangitur privilegium ipsum Papae, & de eius vitiabus contenditur, sibi quod Sedi Apostolicae tantum pertinet, ex text. in eam venissent, vbi Glos. verb. indicat de iudicijs, Alcan. Tamburinus in d. q. 10. n. 3. Erasimus & Cochier de iurisdictione ordin. in exemptos, lib. 2. q. 13. Corta in memorialibus, verb. privilegium, pag. 906. Barbof. in collect. ad d. c. cum venissent, num. 2. Greg. Lop. in l. 2. verb. è quando acaciere, rti. 1. p. 2. & in l. 27. glos. 1. n. 18. p. 3. l. 6. tit. 1. lib. 4. Recopil. Ioan. Garcia de nobilit. glos. 1. §. n. 1. & 2. Ioan. Gutier. pract. lib. 3. quest. 28. num. 2. Gironda explicat de privilegio, & exempti. n. 83. quare huius specialitatis, & altiarum ratione, quae in exemptione reputantur libenter admissimus hanc fallentiam.

Circa illud autem, quod superius n. 5. vers. Contrariam tamen, sibi scilicet datur inter Pralatos inferiores, & Episcopum contentio super iurisdictione praetensa, vt sit Episcopus Ordinarius interim manutentendus, donec vincatur per tres sententias conformes: animaduertendum vnum vtile valde duximus, quod illa doctrina, & declarationes omnes S. Congregationis ibidem remissae relate procedunt in casu, de quo loquuntur, illius terminos non excedentes, nempè quando Praelati ipsi iurisdictionem praetendunt ex immemoriali consuetudine, & praescriptione dumtaxat, vt scus sit quando eam praetendunt ex priuilegio, quod allegant, & exhibent, ac simul possessionem: nam si de

15 vitoque docent simul, sibi tunc ipsi, non Ordina-

rius manutentendi sunt in sua possessione, vt plures Rotae decisiones ad id allegat Marefcotus variat. resol. lib. 1. c. 11. num. 18. vbi dicitur quod quando contra habentem iuris communis assistentiam allegatur priuilegium simul cum possessione, & praescriptione, manutentendus tunc erit ille, qui priuilegium allegat, ea ratione, quia possessio non est adeo infecta, nec habet tantam resistentiam iuris, nec tantam praesumptionem contra se, cum iustificetur ex titulo, quin sit habenda in consideratione, quemadmodum si sola praescriptione niterecur, sibi est text. in cap. cum persona, de priuilegio, in 6. quem ita declarat, & interpretatur DD. communiter ibi, Lapus Anchar. in notabili, 12. Gemianus in §. fin. num. 3. Franch. n. 2. & fuisse resolutum in vna Salmantini. iurisdictione, 27. Decembris 1582. coram Cardinali. Seraphino; testatur Marefcotus loco citato, quam doctrinam declara vt per eundem ibidem num. sequenti.

Qui num. 21. & 22. plures decisiones allegat in proposito, sibi vt Praelati inferiores praetendentes iurisdictionem ex immemoriali, debeat manutentari contra Ordinarium Episcopum, quas tamen omnes declarat; ibi n. 23. & segg. vt procedant, & locum sibi vindicent, si ultra quales possessionem deductam a Praelatis inferioribus, producant etiam titulum; licet per se non sit sufficiens, dammodo sit talis, qui praebet causam praescribendi, quia sola possessio non coadiuuatur aliquo titulo, saltem colorato, non sufficit pro manutentione contra eum, qui habet iuris communis assistentiam, vt probat text. in d. cap. cum persona, §. penult. & ibi notant omnes, Ioan. And. n. 6. Gemianus n. 4. vers. Nota quod pendente lite, Franchus n. 2. Couattu. pract. q. c. 17. n. 6. vers. Quae quidem interpretatio, & latius procedit declarando ipse Marefcotus ibidem per n. segg. videndus.

Pro quo est decisio Rota Salmantini. proxime relata, sibi quae apud Seraphinum est in ordine 595. atque n. 2. ita ait: Domini censuerunt negotium decidi per textum ex aduerso allegatum, in cap. cum persona, de priuilegijs in 6. Quando enim allegatur priuilegium, & praescriptio, tunc manutentendus est ille, qui priuilegium allegat, quia possessio tunc non est adeo infecta, nec habet tantam resistentiam iuris, nec talem praesumptionem contra se, cum iustificetur ex titulo priuilegij, sibi vt non sit habenda in consideratione, quemadmodum, si sola praescriptione niterecur, & ita habet locum ibi textus, vt distinguunt omnes Doctores. Anchar. ibi nota 22. Gemianus in §. final. n. 3. & 4. & ibi Franchus n. 22. Licet ergo de iure communi cognitio harum causarum ad Episcopum, sibi & non ad inferiorem pertineat, & accedentibus de excessibus. Pralator. Abb. in c. r. n. 11. de consanguinitate, & affinitate. Couat. in Epit. in 2. p. c. 8. num. 12. tamen cum ex consuetudine, sibi & praescriptione possit ad inferiores pertinere, Glos. d. c. 1. de consanguinitate, & affinitate, & ibi Abb. n. 11. & hic concurreat priuilegium, quod respicit interpretationem ab vlt. sibi & consuetudine; manutentari debet inferior de iure communi, & quod allegatur ex sess. 24. cap. 20. de reformatione, iuncta resolutione S. Congregationis (facta semel in causa Bntgenji, sub die 24. Septembris 1575. & iterum in causa Palentina Archidiaconatus 10. Martij eiusdem anni 1565.) potest pari difficultatem, quando

Dd 4 allegatur

allegatur inmemoriabilis iuncta cum privilegiis, quæ exhibentur, &c. Et insuper pro clariori intelligentia dictarum declarationum S. Congregationis due mirabiles alia edita sunt, & expedita. Rotæ decisiones, quæ omnimodam difficultatem abfolvant, prior est in via Sipuntina iurisdictionis 24. Maij 1613. coram Dunaceto, quæ sic in sequentibus ait.

Pro informante fuit resolutum nempe Domino Archiepiscopo fuisse danandum mandatum de manutenendo in quasi possessione exercendi iurisdictionem; etenim cum loca, de quibus agitur, sint intra Diocesim, quod probatur ex eo, quod Dominus Abbas allegat exemptionem, quæ in necessarium f. antecedens præsupponit existentiam in Diocesi. Rota in causa Volaterranens. iurisdictionis 14. Januarij 1581. coram Brabo relata inter divers. impres. decis. 1207. p. 2. & latius in consiliis iurisdictionis 18. Maij 1611. coram Reverendis. Atrebat. & etiam deponunt testes, quorum summarium fuit datum. Videtur quod Dominus Archiepiscopus habeat de iure communi fundatam intentionem, cap. omnes Basiliæ, 16. quest. 7. cap. conquirente, de offic. Ordinar. cap. cum Episcopo, eodem tit. in 6. Vetat. decis. 306. p. 1. & 203. part. 2.

Ob quam iuris assistentiam debet manuteneri, & e. cum persona, §. fin. cum ibi notat, de privil. in 6. Vell. dict. decis. 306. part. 1. Rota in causa Salmantina iurisdictionis 18. Aprilis 1581. coram Canucio relata inter diversas impres. decis. 145. lib. 6. part. 2. in Vero. iurisdictionis 15. Maij 1608. coram Domino Atrebaten. & alibi sepè.

Et f. præfata eo magis procedunt, quia de exercitio iurisdictionis deponunt prædicti testes. Rota in dict. Calagurritana iurisdictionis 5. Maij 1608. coram Reverendissimo Atrebaten. & in foro Libien. seu Berinoriens. Diocesis 3. Aprilis 1609. coram eodem, etiam non deponant de omnibus cõsibus iurisdictionalibus, quia sufficit causa & vniuersalis, quæ magis attenditur, quam actus, ut fuit resolutum in causa Assiens. Canonatus 14. Iunij 1600. coram meo. & in terminis iurisdictionis, Innocent. in cap. dilectus, num. 3. de Capell. Monachus, & alij infra allegandi. Et super aliquibus Capitibus iurisdictionis in territorio, de quo agitur: dantur etiam decreta Sanctæ Congregationis super Concilio ad favorem D. Archiepiscopi.

Non obstat præfatum privilegium f. exemptionis concessum de anno 1211. ab Archiepiscopo Sipuntino; nam omisso quantum hoc privilegium valeat in præiudicium successorum, de quo in Veronen. exemptionis 27. Maij 1594. coram Bon. mem. Cardinal. Pamphilio.

Respondetur, quod ad evitandum f. manutentionem Ordinarj non sufficit exhibitio privilegij, nisi alterius ad sit quasi possessio exemptionis, ut habetur in cap. cum persona de privileg. lib. 6. ibi: Quia de privilegio facimus fidem in libertatis, & vel exemptionis possessione, non violata, non clandestina, nec concessa precario, de qua si fidem coram eisdem fecerint non turbentur. Si enim Papa mandat eos non turbari in possessione, per necessarium antecedens præsupponit, quod possideant, quia privatio præsupponit habitum, iuxta nota in l. decem, ff. de verb. oblig. Et ite intellectus suadet eo, &

Quia dict. cap. cum persona emanavit ad favorem iurisdictionis Ordinarie, ut patet in principio, ibi: Ordinariorum correctiones, & ordinationes subsurgentes. Non volentes super hoc de salubri re-

medio providere, statuitur, ut ibi, qui se assertine per privilegia, seu indulgentias Apostolica Sede exemptos à locorum Ordinarij, &c. Ex qua narrativa proamy colligitur causa finalis, l. fin. ff. de hered. institut. Oldra. cons. 103. num. 2. Roman. cons. 38. n. 1. Alexand. cons. 160. n. 20. lib. 6. Sic igitur allegant privilegium exemptionis per solam exhibitionem privilegij, antequam de illius iurisdictionis Episcopi, dispositio text. emanasset ad illorum favorem, si quidem per Regulam iuris sola exhibitio privilegij non tolleret exercitium Ordinarj.

Nam eo ipso quod Ordinarij exercet iurisdictionem in una parte sue Diocesis videtur constitui in quasi possessione exercendi, quoad omnes, in quibus alter non habet particularem quasi possessionem, Abb. cons. 71. col. fin. vers. Tertio ad idem, ibi: Nec alius erat in possessione, lib. 2. Felin. in cap. auditis, num. 19. in 3. declarat. de præscriptis, Rebuff. in tract. de decimis, quest. 9. num. 9. Menoch. remed. 3. retinendi num. 135. Capbal. cons. 369. num. 15. cum pluribus seq. Rota in causa Orolen. decimarum 19. Iunij 1591. coram Gypso, & in Valentina decimarum 27. Octobris 1598. coram Bon. mem. Seraphin. & in terminis iurisdictionis tradidit Innocent. in cap. dilectus, num. 3. vers. Possessorium est, Ol. num. 1. vers. Ex prædictis etiam, Ioann. And. num. 8. Butt. n. 5. Boich. num. 11. de Capellis Monach. Verral. decis. 306. part. 1.

Et proinde per istam exhibitionem privilegij, quæ concernit peritiorum f. remaneret Episcopus privatus sua quasi possessione contra notat, per Abb. in cap. 1. num. 4. Buttius num. 2. et lute pendente, Lancelot. de autent. part. 2. cap. 17. num. 161. & seq. Et in specie quod sola exhibitio privilegij exemptionis non impedit manutentionem. Fuit decisum in causa Carthaginens. decimarum 27. Iunij 1590. coram Gypso.

Nec potest subditus dici constitutus in quasi possessione exemptionis f. ex eo solum quod non appareat superiorem in illum exercitum iurisdictionem, nisi probetur quod venerit casus exercendi, & volens exercere fuerit repulsus, & repulsioni acquiescit, vel alius habuerit se pro spoliato, ut per Innoc. Ol. Ioan. Andr. Butt. Boich. & Verral. locis sup. allegatis.

Et licet Glossa in dict. cap. cum persona, verbo Turbentur, innuatque sola exhibitio privilegij, sufficiat per §. sequent. infra eodem; autem loquitur contra Regulam iuris, ut patet ex prædictis, & ducit argumentum suum à contrario sensu, ut advertunt Lopus, Anehar. & alij infra allegandi, quod argumentum non valet ad inducendam correctionem iuris, ut latè per Euerat. in loco à contrario sensu num. 1. præci inducitur in proposito casu, & ite communis intellectus illius capitis cum persona, vbi per Lap. ibi. num. 4. vers. Et hoc videtur, Anehar. num. 6. vers. Hoc tamen, Gemin. in §. si vero, vers. Et hoc videtur, Franck. ibid. num. 3. vers. Et non procedit; dum dicunt exhibentem privilegium, ita demum evitare manutentionem Episcopi, si ipse est in quasi possessione exemptionis. Hactenus Rota.

Quæ quidem decisio est 491. part. 1. recent. quam ad idem refert & sequitur Afcan. Tamburin. in tractat. de iure Abb. & Prælator. tom. 1. dist. 15. quest. 8. à num. 2.

Alia est etiam ad id ipsum Rotæ decisio, in una

vna Theatina iurisdictionis de Ariza 17. Decembris 1612. coram R. P. D. Coccino Decano, in hęc verba: Licet locus Arizæ sit intra limites

f. Diocesis Theatine iuxta resolutionis causa facta, & propterea Reverend. Archiepiscopus habeat intentionem fundatam de iure, ut in cap. omnes Basiliæ 16. quest. 7. Romanus cons. 180. num. 4. vers. Habet enim Episcopus, Federicus de Sen. cons. 145. num. 6. ante finem, vers. scilicet. Unde si aliquis etiam ad effectum manutentionis, ut in cap. cum persona de privileg. in 6. Et tanto magis in causis criminalibus, & matrimonialibus vigore Concilij Tridentin. sess. 24. cap. 20. §. ad hęc, de reformatione, ex cuius sententia Sacra Congregatio censuit, quod etiam si inferior alleget immemorabilem; nihilominus Ordinarij debeat manuteneri, donec de ea per tres sententias cognoscatur.

Tamen Rota in casu, f. de quo agitur censuit Præposito Arizano, dandum esse mandatum de manutenendo, quoad cognitionem causarum Civilium, matrimonialium, & Criminalium. Quia nedom constat de possessione prædicti Præpositi, verum etiam docet de privilegio sibi concessio, vique de anno 1118. à tunc existente Episcopo, & Capitulo Theatino subscripto ab ipsomet Episcopo. Quod privilegium cum fuerit datum ante Paulinam de consensu Capituli, absque dubio suffragatur, cap. 2. & cap. cum nos, & cap. tua, de iis, quæ fiunt à Prælati, cap. Præfatis in fin. de donationibus, Federicus de Sen. cons. 111. num. 3. in fin. vers. Nam cum in tali exemptione. Et fuit dictum in alia Theatine iurisdictionis 26. Martij præteriti coram R. P. D. meo Cavalerio. Ultra quod ex observantia subsoluta, nempe ex solutione Brizantij, de quo in dicto privilegio, & ex cognitione causarum, quatenus beneficium Apostolicum esset necessarium, esset præsumendum, González super Regul. 8. glos. 12. num. 76.

Unde sequitur, quod cum Reverendissimo Archiepiscopo f. nitatur sola dispositione iuris communis, Præpositus autem alleget possessionem, & privilegium, proculdubio Præpositus sit manutendus, ut habetur in dict. cap. cum persona, vbi Anehar. in 1. notabil. Geminianus in §. fin. circa finem, & ibi etiam Franchus num. 2. & 3. Et dixit Rota in Salmantina iurisdictionis 17. Decembris 1582. coram R. D. meo. Card. Seraphino; & in alia Aquilana iurisdictionis 30. Martij 1607. coram R. P. D. meo Pamphilio.

Nec obstant visitationes datæ pro parte R. D. Archiepiscopi, f. quia nulla visitatio datur ante Concil. Trident. illæ autem, quæ dantur sunt post Concil. Trident. Unde cum non constet illas fuisse factas iure Ordinar. vel vigore Concilij, ista probatio tanquam dubia non relevat Reverendissimum Dominum Archiepiscopum, cap. in presentia, de probationibus, & in puncto fuit resolutum in dicta causa Aquilana, in qua dicitur, quod cum non docentur de visitationibus ante Concil. verisimile erat, quod fuissent factæ vigore Concilij allegando in argument. text. in l. quadam mulier. ff. de rei vind. & in l. 2. ff. de acquirend. possid.

Non obstat dispositio Concilij Tridentini, & Declaratio Illustrissimorum interpretum; quia licet verum sit, quod dum cognoscitur super immemorabili per tres conformes, Ordina-

rius debeat manuteneri; Tamen quidquid sit, an Concilium procedat in Decanis, & aliis dignitatibus in eadem Ecclesia, in quibus non habere locum dispositionem Concilij, censuit Rota in causa Salmantina iurisdictionis prima Iulij 1605. coram Aldobrandino, & in alio Burgenf. iurisdictionis 16. Decembris 1564. coram Orano. Quia postmodum non fuit facta huiusmodi distinctio coram me in causa Baren. iurisdictionis, & in alia Theatine iurisdictionis coram R. P. D. meo Cavalerio. Decisiones Concilij videntur indistinctè loqui, & propterea quidquid sit de hac responsione firmiter fuit dictum, quod declarationes Concilij loquuntur, quando agitur super immemorabili tantum; hic autem docetur de privilegio, & antiquissima possessione; unde nisi aliud censuerit Sacra Congregatio, placuit Dominis dispositionem Sacri Concilij esse intelligendam quoad manutentionem dandam inferiori, qui docet de privilegio, & possessione secundum terminos, cap. cum persona, de privileg. in 6. & ita conclusum, &c.

Quam decisionem ad litteram refert Afcanti Tamburin. in tractat. de iure Abbatum, & Prælator. tom. 1. quest. 15. dist. 18. à num. 8. Handistinctionem sequutus, f. quod quoties de possessione dumtaxat docet Prælator inferior, qui præterdit contra Episcopum iurisdictionem. In suo districtu habere, non ipse, sed Ordinarius debeat manuteneri ex assistentia iuris communis. Et idem firmat in eo, qui præterdit exemptionem f. à iurisdictione ordinaria, ut non iuratur ad manutentionem contra eum ex sola possessione, & præscriptione, etiam immemorabili: at verò quando cum possessione exhibet privilegium, & titulum f. saltem coloratum, qui præter causam præscribendi, tunc non Ordinarius, sed Prælator inferior in iurisdictionis prætextu, aut exemptus in exemptionis quasi possessione manutendus sit; proit & latius comprobatur reliquis hactenus.

CAPVT XVII.

Si pars non contradicens patiat in Rota, a hove superiori Tribunali, causam in prima instantia tractari, vel etiam cum protestatione, etiam occulta consentiat illic de bono iure agi: an executoriales indè obtenta; siue super principali, siue super incidenti (puta manutentione) sint insuper retinenda; ad Ordinarium per Senatum causæ remissione facta.

Et nunquid consensus Ordinarij superveniens revalidet executoriales, & impediatur in Senatu causæ denuo tractanda; ad eundem remissio.

SVM MARIVM.

Concilium Trident. in cap. 20. sess. 24. non exclusisse sententiam, ac rem indicatam; pluries determinavit Rota, num. 1. S. Congregatio idem censuit; Concil. non comprehendere